

RESPONSIO M. BVCERI

Suetudine, erudientem eos qui obsistunt? 2. Thi. 2. Nimirū
 ut Christum imitatus, si putaret errare, ad singula nobis
 benigne responderet, ostenderetq; per scripturas, ubi nā
 erraremus? Nam si lucrari debemus, per Christi spiritū
 & uerbū id fiat oportet. Atqui spiritus Christi non est im-
 mitis, & conuicator, neq; uerbum Christi maledicum et
 uanum, neq; pugnat deniq; minister Christi, sola sua au-
 thoritate, & diris adeo execrationibus. Surdi sumus
 ad conuitia & sannas, sermone Christi lubentissime au-
 scultaturi. Non audimus debachantem maledictis, nihil
 gratius et auidius audituri, quā Christi uerbo nos recta do-
 centem. Non uidemus personam hominis & ἡραφότη-
 γαυριπ, ad faciem spiritus Christi, nequaquā cæci futuri.

RESPONSIO AD SEXTVM.

VI.

Syngramma Sueuorum laudatum à se scribit nobis do-
 lere. Ratio autem cur & à Brentio meo scriptum esse,
 & non Luthero solum, sed cuiquam bono probari eum li-
 brum doleat, est, q; nullis scripturis agit, & est nimium re-
 fertus conuitijs. Summa nanq; eius libri est. Corpus Chri-
 sti realiter & corporaliter commendatum esse uerbis i-
 stis: Hoc est corpus meum, Ergo dum uerba ad panem ue-
 niunt, adferunt illi idem corpus, & ita est, iam in pane
 realiter corpus Christi. Vbi hic scripturæ? Vel quod cor-
 pus sit commendatum his uerbis: hoc est corpus? Vel quod
 uerba hæc pani debeant dici, & non potius credulis præ-
 dicari pectoribus, aut deniq; quod dicta pani, corpus in
 ipsam